



## Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,  
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]  
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum  
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

**Burchardus <Wormaciensis>**

**Parisiis, 1549**

Vt vnuisque episcopus clericos in suo episcopio vagantes ad suum  
episcopum redire faciat. Ivi.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10722**

Quod mulieres velatae, in monasteriis, aut in domibus suis habitum obseruent. Cap. LIII.

Mulieres obtentu religionis velatae, aut in monasterio Ex decreto regulariter viuant, aut in domibus suis susceptum habentum castè obseruent. Eugenii p.a.c. 28.

Vt adolescentiores viduae, vel sanctimoniales, ab epi-

scope non negligantur. Cap. LV.

De reatum episcopi pertinet, vel presbyteri qui paro- Ex cōcil. Achia praeſt, si sustentandæ ab Ecclesia vita præsen- Carthas. tis causa adolescentiores viduae vel sanctimoniales eorum cap. 102. familiaritatibus subiiciantur.

Et unusquisque episcopus clericos in suo episcopio va-

gantes, ad suum episcopum redire faciat.

Caput LVI.

Vt unusquisque episcopus in sua parochia diligenter Ex cōcil. presbyteros vel clericos inquirat, vnde sint: & si Mogūti. aliquem fugitium inuenierit, ad suum episcopum redi- cap. 19. refaciat.

De clericis vagis. Cap. LVII.

De clericis vagis, seu deacephalis, id est, de his qui sunt Ex codice sine capite, neq; in seruitio domini nostri, neque sub episcopo, neque sub abbatte, sed sine canonica vel regulari vita degentes, vt in libro Officiorum secundo, Cap. tertio, de his dicitur: hos neque inter laicos, & inter secularium officiorum studia, neq; inter clericos religio tentat diuinam, sed solutos atque oberrantes, sola turpis vita complectitur & vaga: quique dum nullum metuunt, explendæ voluptatis sua licentiam seellantur, & quasi animalia bruta, libertate ac desiderio feruntur, habentes signum religionis, non religionis officium, hypocentauris similes, neque equi nec homines. Tales omnino præcipimus, vt vbiunque inuenti fuerint, episcopi sine vlla mora eos sub custodia constringant canonica, & nullatenus eos amplius ita errabundos & vagos secundū desideria voluptatum suarum viuere permitant. Sin autem episcopis suis canonice obedire noluerint, excommunicentur vsque ad iudicium episcopi regionis illius. Sin autem nec illi eos corrige re valuerint, omnino sub vinculis constringantur vsque ad synodum, vt ibi eis indicetur, vtrum ad iudicium principis, aut ad yniuersalem synodum deferantur, sub custodia publica.